



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Verecundia potest in bonam & malam partem sumi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

moueantur in canonicos meliores seu magis digni,  
&c. Hoc enim est ad idem tendere, sed alia via hodie  
conueniente.

*Verecundia potest in bonam & malam  
partem sumi.*

**E**rubescencia, pro quanto verecundiam de bono  
importat, peccatum est: quia actus timoris cadit  
super materia repugnante: non enim timidum est  
bonum.

Et est quandoque veniale: vt quum quis erubescit  
voluntaria orationi vacare propter societatem.  
Quandoque autem mortale: vt quum erubescit con-  
fiteri peccatum suum mortale, aut confiteri Christum,  
&c. iuxta illud. Qui me erubuerit coram homini-  
bus, hunc & filius hominis erubescet coram Angelis  
Dei. Discerne ergo erubescenciam mortalem à ve-  
niale ex materia. Nam si quis erubescit de necessariis  
ad salutem, peccat mortaliter: si autem de aliis, venia-  
lis communiter est.

*Mentis distractio vel euagatio secundum  
apprehensionem naturam est iudicanda.*

**E**uagatio mentis ex suo nomine à recta ratione  
declinat, & propterea peccatum est. Sed si nuda  
est, venialis est. Si autem ad illicitas materias exeat,  
iuxta illarum naturas iudicanda est: ita quod si ad  
Venereas delectationes declinat, ex Venereorum re-  
gulis iudicatur, & sic de aliis. Et hæc intellige de men-  
tis euagatione secundum se. Nam de ipsamet vt con-  
iuncta Missæ, orationi, & aliis quæ attenda mente re-  
netur homo persoluere, aliud est iudiciū propter in-  
iuriam annexam, vt infra patebit.

*Excom.*